deſcendere. quod erectus in circulum orbemque mouetur.

GENAE a genibus dictae. Denique conplicatum in utero gigni formarique hominem. ita ut genua ſurſum ſint quibus oculi formentur. ut cauiſ & reconditi fiant.

Ideoque & qui aliquiuſ lacrimaſ elicere cupiunt. genua tangunt. ac ea deprecantur. quod in utero formauerint oculoſ. atque nutrierint. ipſe genuarum tumor inſtar collium leuiter exſurgenſ. ab omni parte contra imminentiſ ictuſ oculoſ efficit tutoſ.

NARES DICTAE. quia per eaſ aer. uel spiritus manare non deſinit. in hiſ trina ſunt officia. unum ducendi spiritus. alterum capiendi odoriſ. tertium purgamenta cerebri defluentiſ. OS DICTUM quaſi corporiſ oſtium. cuiuſ ſpecieſ in duobuſ conſtat officiiſ. ſumendi uictuſ. & loquendi lingua.

LABIA a lambiendo nominata. quod autem ſuperiuſ labium dicimuſ. quod inferiuſ labrum

LINGUAE NOMEN a lingando cybo impoſitum haec inter praeſſa animi uocem motibuſ ſuiſ in uerba diſtinguit. uel in leſione palati ac dentium uel conpraeſione labrorum.

DENTES DICTI. quaſi erboſ diuidenteſ. ſiquidem eſcam incidunt. & comminuunt atque ſo poſtmoduſ ſtomacho tradunt. horum prioreſ. qui erbum praecidunt aduerſi denteſ dicuntur. molareſ intimi qui ſubigunt canini. qui uice ſima aetatiſ anno exiſtunt. GINGIVAE a gignendiſ dentibuſ nominatae quae magnam pulchritudinem oriſ con.